

# POR QUÉ SANTO TOMÁS NO AFIRMÓ LA INMACULADA

por MANUEL CUERVO, O. P.

**SUMMARIUM.**—*Momentum quaestionis.*—Tres periodi in evolutione quaestionis Immaculatae Conceptionis: a) Institutionis festi et determinationis sui objecti, a s. IX vel X in Occidente ad s. XII; b) Crisis theologicae opinionis immaculatae in s. XIII, in quo D. Thomas vivit; c) Consolidationis et maturitionis piæ opinionis, a s. XIV ad s. XVII...—D. Thomas certo in suis scriptis hoc magnum privilegium marianum non affirmavit. Attamen primus fecit distinctionem inter peccatum secundum actum, et debitum peccati, qua posita, opinio immaculata potuit mirifice evolvi, Spiritus Sancti ductu, quin minime laederet veritates fidei circa universalitatem peccati originalis et necessitatem redemptionis Christi, etiam pro ipsa B. V. modo sublimiori, sub quarum consideratione haec quaestio, s. XIII, vel quam maxime aspicietur.—His non obstantibus hanc distinctionem fundamentalem D. Thomas conceptioni B. V. nunquam applicavit, quia tunc temporis haec opinio adhuc non erat perfecte solidata, nec Ecclesia Romana illam celebrabat. Propterea theologo speculativo, mature hanc quaestionem inspicienti, tunc non apparebant fundamenta sufficientia ad hanc exceptionem a legibus fidei generalibus faciendam, et plura saecula erant exspectanda ut hoc patefieret.—Nunquam tamen D. Thomas negavit illam distinctionem, in qua invenitur clavis solutionis conceptionis immaculatae B. M. V., non posse ipsi applicari.—Quapropter omnino immerito tanquam adversarius Conceptionis Immaculatae B. M. V. a pluribus censetur, eo magis quod ejus doctrina viam omnino securam paravit evolutioni doctrinae immaculatae, omnem oppositionem ab ea de medio tollendo cum aliis veritatibus fidei, mediante illa distinctione inter actum et debitum peccati, licet ipse non judicaverit prudenter in illo temporis momento de facto applicare conceptioni B. V. Magis enim profuit doctrina D. Thomae evolutioni Conceptionis Immaculatae, quam plurium affirmationes qui ipsam falso concipiebant, vel aliquam lucem in ejus explicatione, sive conciliatione cum aliis veritatibus fidei, non contulerunt.

Es indudable que en torno a Santo Tomás existe un poco de leyenda negra respecto de la Inmaculada <sup>1</sup>. Algunos parece como si se complacieran en presentarlo como el enemigo más caracterizado de la concepción immaculada de María, al paso que otros, más benignos, lamentan que su autoridad y prestigio padezcan detrimento por la actitud por él adoptada en esta cuestión. Nosotros no creemos que se pueda demostrar que Santo Tomás fué un adversario de la Inmaculada, ni tampoco que su autoridad

1. Así lo reconoce el P. PLAZA, S. I., en su obra, *Controversia de la Immaculata Conceptione*, Act. VII, a. 1, text. 3, n. 54: «Nihil frequentius auditur, et nihil facilius creditur; quia et nihil clarius, superficie tenus, apparet, quam Angelicum Doctorem, pluribus in locis, contractum a B. Virgine originale peccatum, tam generatim quam singularim tradidisse».

“Salmanticensis”, 1 (1954).